



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Eius vltima verba. n. 33.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

1506. cum vita ipsius causâ deponam. Magnum sanè beneficium , pro quo immensas illi par est ut habeam gratias agamque. Quis enim dies alius magis mihi optandus fuisset , quām is in quo mortis & Crucis Christi per Ecclesiam Catholicam vniuersam celeberrima est commemoratio ? Icitis plerique vestrum quā de cauſâ nunc moriar ; cā nimur quoniam rem in Confessionis Sacramento narratam non detexi; in quo etsi in Deum non peccauī, videor tamen quam plurimis in Regem offendisse, quod certe perquam dolenter fero. Eam tamen cōcre debetis esse apud nos reverentiam Sacramenti, vt nulla ratione effari liceat quae in eo accepta sunt scelerā, nisi vbi & quando penitens ipse licentiam concesserit. In eo uno fortasse poterim offendisse, quod suspiciones meas aliunde natas silentio presserim, alijs interim rationibus conatus turbulentorū animos sedare & molitiones anteuertere: Fefellit me m̄ea opinio; atq; de hoc silentio veniam rogo.) Cū vnu qui p̄iam obijceret Catesbeyum extra Confessionē explicuisse mentem suam, & diceret habere se eius rei teste in ipius Garnetti Chirographum, "Exhibe Chirographum, inquit Garnettus, si mea sit verē scriptura, vtique non negabo; Certus sum tamen te nihil huiusmodi posse producere.) Is inserta in peram manu nihil reperiens, ab astante famulo reposcit; hic domi haberit ait." Sane, inquit Garnettus, neque hic neque domini habes. Procul fui semper ab omni huiusmodi cogitatione, vt in te mala, & ab recte institutis Catholicis moribus aliena, horrore omnes vti ab huiusmodi turbulentis machinationibus abstineant, dicantque in patientia possidere animas. Rogatus an quidquam aliud haberet dicendum? " Hoc tantum, inquit, vt mecum & pro me orient omnes Catholicī.

XXXIII. Ab ora theatri ductus ad pedem scalæ qua mitebatur patibulo; cūm peteretur an existimaret se iuste damnatum? Respondit, "In eo non iuste quod quasi conscius cuniculorum & pulueris sub ædibus Comitiorum repotiti; nam de ea re nihil resciui nisi eo loco & modo quo enuntiare non potui. Si vero de suspicione mea, quam dixi, nemini patescat, quæstio sit, vnu cuiusque iudicio permitto ut sentiat quod vistum fuerit. Exutus vestibus vlique ad indusum (quod ad talos vlique erat consumatum) paulum nixus genibus tacitus oravit, tum consensim gradibus " Benedicat vobis omnibus Deus faciatque Romano-Catholicos; alijs enim nos patet ad Cœlum aditus. Deus Dominus noster Regi, Reginæ, Principi, omniq; Concilio benedicat. Quod cum initio examinater, non egi aperte cum Proceribus deputatis ea ratio fuit, quod vinculū Sacramenti prohibebat; quando vero comperi ab subfuscantibus rem prolatam in medium, satius existimau rem vti erat fateri quām silentio meo ansam dare suspicionibus & sermonibus, prona enim sunt hominum ingenia ad deteriora semper suscipienda & proferenda; nè etiam Charissimo Frat̄i meo Tefimondo aliquid de fama decideret, cūm existimaretur plus se immiscuisse huic facinori quām reuera se imitavit. Quæ autem demum dixi, de eius licentia dixi. Quod reliquum est, Morior Catholicus. Adoramus te Christe & benedicimus tibi, quia per Crucem tuam redemisti mundum. Hoc signum Crucis erit in calo

Eius ultima verba.

in Cœlo cum Dominus ad iudicandum venerit. Alleluia. Tum breui Hymno 1606,
salutata Virgine Matre, repetitisq; aliquoties verbis Christi Dñi ex Psalmo, In
manus tuas commendō spiritum meum, decussatis ad pectus brachijs, petensq;
ā Deo ut id signum in corde ad extremum vltque portaret, de scala deijs citur:
Paracēm cænificem quātocyus funem p̄fescindere clamore populus deterret,
ingeminans abstine, abstine, pendeat ad extremum spiritum. Morientem al-
tum silentium, & multa commiseratio consecuta est; alijs ex modesta grauitate,
alijs ex animi vultuq; constantia (quæ & in mortuo perseuerauit) alijs
ex prudentibus responsis arguentibus in talem virum tam atrox facinus cade-
re non potuisse; Sanctumque & in Cœlum haud dubie receptum pronuntia-
bant. Tam est valda in quantumuis falsa criminatione Innocentia; quam
Deus Optimus Maximus confirmare voluisse videtur hoc ostento.

X X X I V . Cūm turba ab theatro tantisper secessisset, *Ioannes VVilkin-*
sonus, honesto loco natus Iuuenis Catholicus, non tam visendi quām si qua ra-
tione posset nonnihil reliquarum tollendi studio accedens, querebat inter
paleas colligendo sanguini Lubiectas, si forte quid occurreret, cūm nec opini-
nant, & incerto qui id accidisset, spica tincta cruento defertur in manus: voti
compos, rectâ domum Matronæ pœctatae fidei & pietatis contendit traditq,
spicam; illa Crystallo inclusâ religiose custodit. Non multos post dies incidit
sermo de Garnetto, & de reliquijs cum quodam matronæ bene noto viro,
prælente Ioanne, hic auditus vicendi colendiisque lumento in manus Crystallo &
diligenter lustrato." Quid vos, inquit, de sanguine? Ego præter humanâ faciem
nihil video.) Excuit ea vox Matronâ & Ioannâ, cō magis attonitos quod præter
paucas in spica sanguinis guttas nihil antea conspicerant; tu vero alios & alios,
cūm sibi vix ipsi crederent, veritatis vel exploratores vel testes adhibuerunt.
Cūm constanter pluribus & humana ea effigies, & vero Garnetti quām simili-
lma videretur, diuino beneficio viuentem in suo sanguine Martyrem agnoue-
runt. Dumq; alij, vt sit, alijs Catholici rem indicant, & concur'siones viden-
di causâ fiunt, neque contineri iam Catholicorum conscientiâ eius fama po-
test, periculo à Dominis esse cœpit. Igitur ad Hispaniënē Legatum perlata,
vt attulit Dominis securitatem ita multò redditâ est illustrior. Nam ab illo
pr̄ marij Regni Proceribus ostensi & consiliarijs, non Regiā modò vibemq;
sed vniuersam Insulam compleuit admiratione. Cantuar'ensis Pseudo Archie-
pi' copus indignum ratus ē Præfule tantum, & quidem palea, Caluinianæ su-
perstitutioni vulnus inflictum, ea de re quæstionem instituens plures coniecit
in carcerem ad quos eam spicam pertinuisse suspicaretur. Fertunt etiam accitos
pictores qui rem arte imitarentur vt miraculi autoritas eleuaretur; Qui cum
respondissent humano artificio perfici id nullo modo posse, prodigium suo
iudicio confirmarunt. Nec minor Procuratoris Regij Iudicunque rabies qui
laedi Majestatē clamabant si quem ipsi non ita p̄dem damnarant, eum dini-
na sententia tanto edito ostento abolueret. Sed qui muscis olim culicibulque
egit suorū in Egypto causam cōtuditq; Regis persecaciā, idēm dirabus sanguinis

T t

gut-

De vultu
in spica ex
presso.